

Johannes Assuerus Ampzing

**Programma In Obitum ... Puellulae Annae Agnetae filiolae unicae, Viri ... Dn.
Nicolai Scharffenbergii, IC. eximii nec non Senatoris huius urbis prudentissimi**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432404>

Druck Freier  Zugang



Assverus, J.,
in
A. A. Scharffenberg.

Rost. 1627.

49

PROGRAMMA

In Obitum

DULCISSIMÆ PUELLULÆ,

ANNÆ AGNETÆ

filiolæ unicæ,

Viri Clarissimi, Consultissimi, Doctissimi,
D. NICOLAI SCHARFFENBERGII,
JC. eximij nec non Senatoris hujus
urbis prudentissimi.



ROSTOCHI

Literis JOACHIMI PEDANI,

ANNO M. DC. XXVII.

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOANNES ASSVERUS, Ampfingus
Transilulanus Med. D. ac Professor.



Memorare novissima tua, inquit sapiens ille, & in æternum non peccabis, Eccl. 7, 49. Sub novissimis comprehenduntur Mors, extremum Judicium & duo illa extrema judicium consecutura nimirum vel æterna beatitudo, vel æterna condemnatio. dicente D. Bernardo: Novissima sunt quatuor Mors, Judicium, Gehenna, Gloria. Quid horribilius Morte? quid terribilius Judicio? quid intolerabilius Gehenna? quid jucundius Gloria? Sunt ergo loci adducti tria veluti capita seu partes 1. de novissimis. 2. de peccato. 3. de commemoratione novissimorum.

Mortem esse rerum omnium hamanarum metam agnoverunt vel ipsi etiam scriptores profani. Horatij est lib. 1. epist. 16. Mors ultima linea rerum est. Tum illud 1. Carm. 28. Omnes una manet nox, & calcanda semel via leti. Mistra senum ac juvenum deflentur funera; nullum Sæva caput proserpina fugit. Idem alibi 1. Carm. 4. Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, regumq; turres. & Ovidius ad Liviam, Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam, Omnia sub leges mors vocat atra suas. quippe, quæ dicente alio Poëta, magnos parvosq; terit, quæ fortibus æquat imbelles, populisq; duces, seniumq; Juventa. Seneca epistol. 25. Nihil æquè, inquit tibi proficiet ad temperantiam omnium rerum, quam frequens cogitatio brevæ ævi, & hujus incerti. Idem dicit Naturam nihil hominibus præstitisse melius brevitate vitæ: tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot cura, toties invocata mors, ut nullam

nullum frequentius sit votum. Si, inquit Augustinus in Ps. 39. toto illo tempore viveres, ex quo Adam de paradiso emissus est, usq; in hodiernum diem: certè videres vitam tuam non fuisse diuturnam, quæ sic evolasset. Unius autem cuiusq; vita hominis quanta est? adde quantoslibet annos, duc longissimam senectutem, quid ergo? Nonne hora matutina est? Ergo longè sit dies iudicij, quando erit retributio justorum & injustorum: tuus certè ultimus dies abesse non potest longè. Adhuc te prepara; qualis enim exieris de hac vitâ, talis redderis illi vitæ.

Quæ equidem loco mirari subit posse quænvam reperiri Christianorum hominum qui vel ad breve tempus serio indulgeat ulli voluptati quæ ex rebus humanis capitur. primò propter eam quam dixi vitæ nostræ brevitatem, quæ efficit ut diu rebus hujus vitæ uti frui nequeamus, deinde propter ipsarum rerum è quibus voluptatem capimus vanitatem seu nullitatem. Apostolus Jacobus eas ad tria veluti genera redegit, nimirum ad concupiscentias carnis quæ in nobis sunt, ad voluptates oculorum, quæ extra nos sunt, & deniq; ad fastum vitæ quæ partim in nobis & partim extra nos est, quæ omnia Paulus vas illud electionis fufius edisserit, Gal. 5, 19. & seq. 1. Cor. 5, 11. & seq. 1. Cor. 6, 9. & seq. Rom. 13, 12. & seq. 2. Tim. 3, 1. & seq. quibus in locis opera carnis percenset. Scio hanc esse ingenij humani vecordiam, & securitatem, ut hæc parum in animis nostris reputemus: at enim verò cur vecordiam illam & securitatem non excutimus? cur non stamus noctes & dies in precinctu & in excubijs, ubi agitur de re tanti momenti de æterna animarum imò & corporum nostrorum salute? Cur non excitamur à veterno? Cur noctes & dies non invigilamus orationibus? cur non crebris jejunijs? cur non castigamus corpus nostrum & in servitatem redigimus? An nescimus viam quæ ducit ad vitam non latam esse sed strictam & portam per quam ad vitam intramus esse angustam? An nescimus regnum

Dei vim pati, & violentos rapere illud? Exempla videamus Christi & Apostolorum & Christianorum in primitiva Ecclesia, Vulpes habent foveas, & volucres cæli habent nidos: filius autem hominis non habuit ubi reclinaret caput suum. An quis Apostolo Paulo, cuius se successorem mentitur Papa Romanus, quisquam fuit miserior? Excrementa mundi facti sumus, inquit, atq; omnium sordes usq; adhuc, & Spectaculum facti sumus mundo & angelis & hominibus. In oppressionibus in necessitatibus, in angustiis, in plagis & carceribus, in tumultuationibus, in laboribus, in vigilijs, in jejunijs, Et alibi in fatigationibus, in vulneribus, in carceribus, in mortibus sæpè. A Judæis quinq; accipi quadragenas plagas, unâ minus, Ter virgis cæsus fui, semel fui lapidatus, ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo egi. In itineribus sæpè fui, in periculis latronum, periculis à meis gentilibus, periculis in gentibus, periculis in civitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres, in fatigatione & arumna, in vigilijs sæpè, in fame & siti in jejunijs sæpè, in frigore & nuditate. Absq; ijs quæ extrinsecus eveniunt, urget agmen illud in me quotidie cõsurgens, i. e., Sollicitudo de omnibus Ecclesijs. Quis affligitur, quin ego affligar? quis offenditur quin ego urar?

Hinc animus Paulo crevit & testimonium bonæ conscientie, ut nihil veritus hominum calumnias sese ipsum ausus fuerit proponere exemplum & exemplar reliquis. Non dixit, sicut nunc dicunt quidam gulosi canes, *Ich hab nach meine Lehr / vnd nicht nach meine Werk.* quæ vox diabolica Christi ministro indigna est, Imitatores mei estote inquit, 1. Cor. 11. sicut ego Christi & Phil. 3. Eos considerate qui ita incedunt, sicut nos habetis pro exemplari, & Phil. 4. Quæ vidistis in me hæc facite. Vide Rom. 16, 17. Phil. 3, 17. & 2. Cor. 6, 3. Item, 1. Pet. 3 & alibi passim. Desino exemplis quæ plusquam sexcenta suppetunt percensendis esse prolixior.

Alte

Alterum Hominis nouissimum, est Iudicium. Est enim, discente Apostolo, omnibus moriendum, postea iudicium. In superioribus meis Intimationibus multa dixi de Extremo Iudicio, quae hoc loco repetere nolo. Saltem ex animo me ipsum & alios omnes, maximè studiosam pubem admoneo & cohortor, ut historiam Extremi Iudicij à Christo & Apostolis descriptam, Matth. 24. Matth. 25. Luc. 17. Luc. 21. Luc. 23. & 1. Thess. 4. & 1. Cor. 15. & 2. Pet. 3. nunquam non pra oculis habeamus. Nihil est enim quod languentem in nobis fidem magis excitare, & ad seriam uitae sanctimoniam acrius stimulare possit. Tum locum etiam ex D Hieronymo citatum, & illum etiam quem ex Anselmo adduximus, repeto, quod putem maximam vim habere ad veram in nobis Conversionem excitendam.

Illud etiam vel cum primis notandum est quod scribit Apostolus, Rom. 8. de Creaturis seu rebus creatis, quae propter hominis peccatum & ipsa vanitati subjectae sunt. Has ait exerto collo expectare redemptionem filiorum Dei. Nam futurum est in illo die, ut caelum conflagret, elementa liquecant solvanturq; & res aliae creatae velut aurum in igne purgentur: unde Apostolus Petrus hanc adhortationem nectit. Quales ergo oportet esse nos in sanctis conversationibus, & pietatis officijs? Nam caelos novos & terram novam expectamus. Quapropter dilecti, inquit, haec expectantes, studete ut immaculati & incontaminati ab eo reperiamini C U M P A C E.

Tertium nouissimum est Gebenna. quando Dominus dicet Abite à me Maledicti in ignem aeternum qui paratus est Diabolo & angelis ejus. Tunc duo erunt in agro, unus accipietur, & alter relinquetur. Duo molentes in pistrino: una accipietur & altera relinquetur. Duo in lecto uno: unus accipietur & alter relinquetur. Tunc incipiet dicere montibus, Cadite super nos, & collibus, operite nos, & abscondite nos à conspectu ejus, qui insidet throno & ab ira Agni, Nam venit dies ille magnus

gnas ira illius, & quis potest STARE? Hec ò fratres Christiani terrorem nobis incutiant, ut timeamus Rom. 11. & cum timore & tremore salutem nostram curemus Phil. 2. Ne obtorpescamus, ne segnescamus, sed excutiamus securitatem, abstinemus à repletionibus & luxuria, Sobriissimus & vigilemus, ambulemus ut filij Lucis, At vos non estis in tenebris, inquit Apostolus Ephes. 5, 4. ut dies ille vos tanquam fur deprehendat. Hoc ergo agamus. Unum enim est necessarium Luc. 10, 42.

Quartum hominis Novissimum est Gloria. Si nos ad veram Conversionem non potest flectere terror gebenne: flectat nos Amor, spes & expectatio Glorie quæ illo die revelabitur in Electis Dei. Describitur hæc Gloria à Paulo 1 Cor. 2 9. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in mentem hominis venerunt, quæ paravit Deus is qui ipsum diligunt. Et 2 Cor. 9, 27. vocatur æternum glorie pondus quod opponitur momentanee levitatis tum oppressorum, tum voluptatum & concupiscentiarum carnis, & oculorum & fastui vitæ. Idem exprimit Joannes, 1. Joan. 3, 2. cum inquit. Nunc quidem filij Dei sumus: sed nondum patefactum est quod erimus, & 1. Thess. 4, 17. Sic semper cum Domino erimus. Consolamini alij alios istis sermonibus. In Apocalypsi variè describitur. Ephesina Ecclesie Angelo dicitur victori dabo edere ex arbore vitæ, quæ est in medio Paradysi Dei. Smyrnenfis Ecclesie Angelo. Esto fidelis usque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ. Pargamensis Ecclesie Angelo. Victori dabo edere ex manna illo abscondito, & dabo illi calculum album, & in calculo nomen novum scriptum, quod nemo novit, nisi qui accipit. Thyatirensis Ecclesie Angelo. Si quis vicerit & custodierit ad sinem usque opera mea: dabo ei potestatem in gentes &c. & dabo ei stellam matutinam. Angelo Ecclesie quæ erat Sardibus. Qui vicerit, amittetur vestimentis albis, neque delebo nomen ejus ex libro vitæ, sed profitebor nomen ejus coram Patre meo & coram angelis ejus. Angelo Philadelphensis Ecclesie. Ecce venio cito, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Si quis vicerit faciam ut sit columna in templo Dei mei, nec foras egredietur amplius, & inscribam ei nomen civitatis Dei mei, id est, novæ Hierusalem, quæ descendit à cælo, à Deo meo, & nomen meum novum. Angelo Laodiceensium Ecclesie. Ecce sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ostium: ingrediar ad eum & cenabo cum eo, & ipse quoque mecum. Si quis vicerit: dabo ei sedere in throno meo, ut & ego vici & sedeo cum Patre meo in throno ejus. Alic.

Alter a loci propositi pars est de peccato & in eternum non peccabit. Vis argumenti est. Quisquis reminiscitur illa quæ dixi Homini quatuor novissima: ille in eternum non peccabit. Tu sic converte, Quicumque igitur peccant, & instar lutulentæ suis sese volutant in cæno peccatorum, qui serviunt peccato, qui non incedunt sicut Paulum habent pro exemplari, quorum Deus est venter, qui terrestria curant, Phil. 3. qui sunt scandalorum auctores, qui Domino nostro Jesu Christo non serviunt, sed suo ventri, Rom. 16. qui turpe lucrum sectantur, qui multo vino dediti sunt, 1 Tim. 3. qui quarunt ea quæ sua ipsorum sunt, non quæ Christi Jesu sunt, Phil. 2. qui Deum profitentur se scire sed factis negant, Tit. 1. canes, mali operarii, Phil. 3. &c. illi non reminiscuntur quatuor hominis Extrema, sed habent conscientiam cauterio resectam, fidei naufragium fecerunt, Paulum deseruerunt, & cum Dema, præsens seculum amplexi sunt, 2 Tim. 4, 10.

Tertia pars loci propositi, est de reminiscencia & commemoratio-
ne quatuor novissimorum hominis. Nemo est Christianorum qui ista
quatuor Novissima ignoret, sed in eo defectus est, quod oblivioni tra-
duntur, nec identidem ad mentem revocantur. Ideo David precabatur:
Herr lehre uns bedenckē / das wir sterben müssen / auff das wir klug mer-
den / Lutherus Ps. 90, 12. Lege totum Psalmum & conjunge cum Psalmo
90. ut habeas plenam hujus loci explicationem Edisserui utcumque thema
propositum, quantum ex tempore Dominus dedit: Nunc me confero ad
hodiernum funus.

Vir clarissimus, consultissimus, doctissimus, D. NICOLAUS SCHAR-
FENBERGIUS, JC. eximius Senator hujus urbis prudentissimus, fautor
& amicus noster honorandus, hodie ad sepulturam efferendam curabit,
filiam suam desideratissimam quam habebat unicam ANNAM AGNE-
TAM nomine; quæ suo exemplo humana fragilitatis & mortalitatis no-
bis omnibus documentum præstat. Nata fuit Anno Christi 1615. 22. Ja-
nuarij hora 9. antemeridiana. Baptizata, & in matriculam Ecclesie pu-
blico solenni actu inscripta ejusdem anni 25. Januarij. Denata Anno
1627. Aprilis hora prima pomeridiana.


Patrem habuit defuncta nostra illum quem dixi, virum clarissi-
mum, consultissimum, doctissimum, D. Nicolaum Scherfenbergium,
JC. eximium & Senatorem hujus urbis prudentissimum. Matrem fe-
minam lectissimam, & virtutibus sexum femineum decentibus ornatissi-
mam Annam Gaulen. Avus paternus ipsi fuit, vir magnificus & am-
plissi-

plissimus, Dn Bernhardus Scherfenbergius, quondam hujus urbis Consul dignissimus grandeva. atate venerandus, cujus in hanc reipub. extant merita quam plurima: Avia paterna Agneta Beselins, matrona-
lium virtutum splendore conspicua, Amplissimi viri, Dn. Nicolai Beselins, Senatoris quondam hujus urbis, & Metta ex primaria Schmideo-
rum familia, filia. Viri doctissimi, & nunc etiam Senatoris hujus rei-
pub. prudentissimi, Dn Balthazari Beselini, soror.

Avis maternus fuit Balthazarus Goulen, quondam hujus urbis pri-
marius, amplissimi quondam hujus urbis Consulis Balthazari Goulen, &
Annæ Kirchovix ex primaria Kirchoviorum familia orta, filius. Avia
materna, Anna Grothen, matrona, dum viveret, honestissima, viri spe-
tabilis & prestatissimi, Dn. Johannis Grothen, Senatoris quondam hu-
jus reipub. prudentissimi, soror, Joannis Grothen, quondam hujus urbis
primarij civis, & Agnetæ Burenix, clarissimi & de Academia hac no-
stra optime meriti viri Dn Arnöldi Burenij, filia.

Talibus Majoribus orta Defunctula nostra quanta spei fuerit, cuilibet
judicare promptum est. Versantur quidem in acerbissimo luctu, ob præ-
maturum filiola unica decessum parentes: sed quid faciant? Domini est
facta voluntas, qui eam terris ereptã in celo locavit, ubi inter choros vir-
ginũ Agnum sequitur quocumq; terit, Apoc. 14. Hac se cõsolatione erigant.

Constituerunt autem filiola sua exuvias, corpusculum ex anime, terra
mandare, hodie hora I. finita concione, in templo D. Virgini sacro, rogantq;
Cives Academicos majorem in modum ut has exsequias eant frequentio-
ri comitatu, Quod e quidem officij denegare non poterimus Dn. Parenti,
& utriq; familia nostro ordini faventissima. Cohortor ergo Cives Acade-
micos omnium ordinum reverendos, consultissimos, clarissimos, doctissi-
mos Dn. Professores, aliosq; Doctores, Verbi administratos & Magistros,
sed & generosam Studiosam pubem universam, ut dicto loco & tempore
frequentiores conveniant, & hanc funeris deductionem sua presentia or-
nent. Inter eundem ipsi novissima sua reminiscantur, & de emigrando
cogitent hora quam minime putaverint, Volat irrevocabile tempus, & eunt
anni more fluentis aquæ, Vota etiam nuncupent pro incolumitate Acade-
mia proq; salute urbis hujus, & totius Provincia. Deus ter opt. max. à cer-
vicibus nostris clementer avertat pericula quæ imminere nobis videntur,
detq; hisce turbulentiis tenporibus trægilla Halcyonia Academia, & ur-
bi huic conservet nutritios nostros reverendiss. & illustriss. Principes no-
stros Megapol. itidemq; & reverendissimum illustrissimumq; Episcopum
Schwertensium Academia Cancellarium magnificentissimum, & sub ho-
ram presidio tranquillam vitam degere possimus cum omni pietate, &
bonestate. P. P. Rostochy 22. April. 1627.




Alter a loci propositi pars est de peccato & Vis argumenti est. Quisquis reminiscitur illa novissima: ille in aeternum non peccabit. Tu scitur peccant, & instar lutulentae suis sese voluunt, qui serviunt peccato, qui non incedunt sicut Petri, quorum Deus est venter, qui terrestria scandalorum auctores, qui Domino nostro Jesu suo ventri, Rom. 16. qui turpe lucrum sectantur, 1. Tim. 3. qui quarunt ea quae sua ipsorum sunt, Phil. 2. qui Deum profitentur se scire scilicet, mali operarii, Phil. 3. &c. illi non remittuntur Extrema, sed habent conscientiam caetero reprobos fecerunt, Paulum deseruerunt, & cum Demetrius sunt, 2. Tim. 4., 10.

Tertia pars loci propositi, est de reminiscuntur quatuor novissimorum hominis. Nemo est qui quatuor Novissima ignoret, Sed in eo defectum duntur, nec identidem ad mentem revocantur. Sed Erri lebre vns bebedentē das vir fieri ben multo deo Lutherus Ps. 90, 12. Lege totum Psalmum 90. ut habeas plenam huius loci explicationem propositum, quantum ex tempore Dominus a hodiernum sumus.

Vir clarissimus, consultissimus, doctissimus, FENBERGIIUS, JC. eximius Senator huius urbis & amicus noster honorandus, hodie ad sepulchrum filiam suam desideratissimam quam habebat TAM nomine; quae suo exemplo humane fratribus omnibus documentum praestat. Nata fuit nuarj hora 9. antemeridiana. Baptizata, & publico solenni actu inscripta ejusdem anni 1627. Aprilis hora prima pomeridiana.

Patrem habuit defuncta nostra illum clarissimum, consultissimum, doctissimum, D. Nicolaum JC. eximium & Senatorem huius urbis praevalentissimam, & virtutibus sexum scientiam Annam Gaulen. Avus paternus ipsius



the scale towards document

peccabis.
is quatuor
icung, igitur
ccatorum,
pro exem-
3. qui sunt
rviunt, sed
vino dediti
Christi Je-
, Tit. 1 ca-
or hominis
aufragium
m amplexi

remoratio-
qui ista
divisioni tra-
reccabatur:
ir ktua mer-
um Psalmo
ung, thema
confero ad

S SCHAR-
bus, fautor
m curabit,
M AGNE-
talitatis no-
625. 22. Ja-
Ecclesia pu-
enata Anno

um clarissi-
bergium,
matrem fe-
orus ornatissi-
ficus & am-
plissi-